

D N.
R E M I G I . I
D E G O N N I,
I . V . Doctor.

De Immunitate Ecclesiarum,

quo ad personas confugientes ad eas, Tra-
ctatus aureus, Consuetudinē
quotidianē perutilis.

NE SCRIBAM VANVM;
DVC PIA VIRGO MANVM;

22

22

Num. 42 caso. 6. num. 35.

22

T O L O S A E;
Ex Prælo Guidonis Boudeuillæ;
Academiæ Typographi.

1550.



RE M I G I V S
de Gonne, I. V. Doctor
Lectori Salutem.



O G I T A N T I mihi candide
Lector, preclarum illud Platonis di-
ctum, quod tantopere probatur Ambro-
sio, nos solis nobis natos no ē esse,
ortusq; nostri partem patriam, par-
tem parentes, partem amicos vendi-
care: Visum est si quid possem utili-
tatis in communem humani generis
societatem, proferre, quia existima-
rem id verissimum esse quod Stoicis
placuit, homines hominum caussā esse procreatos. Sed qua re po-
tiissimum prodesse possem multum diuq; dubitaui. Huius autem
dubitacionis caussam sustulerunt honesta illa, quibus iampridem
me addixeram, Iuris ciuilis studia, quod q̄ sit homini necessarium
facilius est animo concipere, q̄ oratione exprimere: Quātis enim
quæso commoditatibus eius ignaratio rerum publicarū admini-
stratores & his subiectos ciues priuat: quò diligētius elaborandū
est in scientiæ legitimæ interpretatione facienda, de qua et si multi
multa dixerunt, no tamen omnia sic excusserūt ut omne auferrēt
postoris quo se exercerēt argumentū. Id planū est, vel ex eo The-
mate, quod mihi tractandum destinai, in quo explicando Laco-
nismo vti cōstitui summa quæq; capitaperstringēs, vt magnitudo
utilitatis vincat copiā orationis. Hoc totum in tuam gratiam su-
ceptum est optime lector, liberaliter accipe quod ab animo be-
nefico proficiscitur, & existima non officiorum genere, sed vo-
luntatis bonitate benignitatem esse metiendam. Bene vale.

1

TRACTATVS

perutilis , & quotidianus de im-

MVNITATE ECCLESIARVM,

quoad personas confugientes ad eas :

Domini Remigij de Gonn.

Iuris vtriusq; Doctoris.

Nescribam yanum , duc pia virgo manum.

Summarium.

- | | | |
|---|----|---|
| 1 Casus in quibus fugient ad Ecclesiam | 12 | Fugiens ad Ecclesiam si uult sponte sua ab illa exire immunitate gaudere debet. |
| 2 Varia Doctorum traditio circa immunitatis Ecclesiarum tractatu. | 13 | Si sua ipius sponte ab ecclesia exierit, & postea per Iudicem secularem ad mortem vel aliam penam damnetur non ob id offensa creditur Ecclesia. |
| 3 Qua proprie dicatur libertas seu immunitas ecclesiastica. | | Quid in his hodie usus recipiat. |
| 4 Ecclesia decem immunitates habet. | | Leges Hispanie circa immunitatem Ecclesiasticam. |
| 5 Immunitas Ecclesiastica luce diuino probata. | 14 | Lex Papinia complebitur. Novem priuilegia & libertates qbus Ecclesia gaudere debet. |
| 6 Et iure canonico permissa. | 15 | Lex Secunda, quid statuat. |
| 7 luce & à luce ciuili comprobata. | | Legis tertiz, tenor exprimitur. |
| 8 Et apud Romanos antiquitus observata. | 16 | Lege Quarta, quid caueatur, vide. |
| 9 Asylum apud Romanos quid dicebatur. | 17 | Lege Quinta, quid statutum sit. |
| 10 Homicida latro, aut aliis reus ad Ecclesiam fugiens an posuit per Iudicem secularem inde realiter extrahi. | 18 | Fugiens ad Ecclesiam propter tributa principis, an inde extrahi debat. |
| 11 Fugiens ad Ecclesiam duplicem habet immunitatem. | 19 | |
| | 20 | |
| | 21 | |



N ista materia , immunitatis Ecclesiarū , quoad personas confugientes ad eas Doctores vtriusq; iuris multum inter se discrepant . De iure ciuili † sunt plures casus, in quibus fugientes ad Ecclesiam , non gaudent illius immunitate . glo. in. l. 2. C. de his qui ad Ecclesias confugiunt, in autem manda principum . §. neq; autē , col. 3. & ibi glo . Iac. de bello A viro

Exordium.